

## 6

Ἐπὶ αἰτίσεως Μωυσέως Ἰουστινιάνη ποτὲ Παγκρατίου κατοίκου Χάνδακος. Περὶ τεσσάρων τιμαρίων (σερβενταριῶν) καὶ τριῶν τετάρτων, μεῖον ἐνὸς ἔκτου, κειμένων εἰς τὰ χωρία Σούζιο, Σφακιά, Μελιφοῦργι καὶ Ἐρια, ἀνηκόντων εἰς τὴν κοινότητα καὶ συγχεομένων μετὰ τοῦ τιμαρίου του (ἱππαρχίας). Αἰτεῖται τὴν διὰ δημοπρασίας ἐκποίησιν τῶν σερβενταριῶν εἰς τὸν πλειοδότην. 1369, Ὁκτωβρίου 4.

F<sup>o</sup> 35<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LXIX, die IIII Octubris.

Capta. Quod secundum consilium sapientum Crete mittatur infrascripta peticio duche et consiliarijs Crete et committatur eis quod examinent istud factum, et si inuenierint istas seruentarias esse condicionatas in termino, quo continetur 5 in petitione faciant eas poni ad incantum publicum et dari plus offerenti; obseruantibus ducha et consiliarij ordines solitos, uidelicet quod dicte seruentarie non emantur nisi per personas que possint emere, uel acquirere de locis illis, et habeant terminum decem annorum ad soluendum sicut alias a caualarijs.

Tenor petitionis predicte talis est. Ducali clementie et suo honorabili consilio, cum omni reuerentia exponitur pro parte uiri nobilis Moysi Justiniano quondam domini Pangratij habitatoris Candide, cuius fidelissimi uestri, quod sicut est satis notum habuit a ducali dominio chaualariam unam quondam Marci fradelo positam in Sithia, cum magno pretio, nouit deus, et cum maximo sinistro laboribus et expensis. Et quia de bonis quondam dicti Marci Fradello positis in 10 Sithia, restant dari seruentarie quatuor et tria quarta seruentarie, minus sextum seruentarie que sunt in Susio, in Sfachia, Melifurgi et Eria. Et sicut est notum iste quatuor seruentarie cum dimidia et tercia quarta minus sexta, sunt ita condionate et mixte cum chaualaria sua quod una pars sine alia stare non potest, ymo est istud totum corpus coniunctum. Et etiam commune Veneciarum male 15 reperiet uolentes illas seruentarias emere propter conditionem predictam, et quia sunt modici ualoris. Et ducalis benignitas sit solita in casu simili tam pro bono communis quam suorum ciuium prouidere; sapplicat humiliter et deuote quod dicte quatuor seruentarie et tria quarta minus sextum predictum, ponantur ad publicum incantum et quod suo nomine non obstante quod habuerit unam chaualariam possit incantari et dentur plus dantibus ad incantum de gratia speciali. 20 Nam isto modo commune recipiet drictum suum et ipse si habebit ipsas seruentarias melius cognosiet jura sua, aliter esset in magna confusione et laberintho.

25

27

## 7

Ἐπὶ αἰτήσεως Φραγκούλας χήρας Νικολάου Γραδενίγου καὶ τῆς πενθερᾶς της Μαγδαληνῆς χήρας Μιχαὴλ Γραδενίγου, ὡς ἐπιτρόπου τοῦ νίοῦ της Μιχαλέτου, ὅπως μὴ πωληθῶσιν ἐν πλειστηριασμῷ τὰ τιμάρια τῆς πενθερᾶς της καὶ τοῦ νίοῦ της.

